

**cognosce et clarius audi!**

*Lucr. 1,54 f.*

nam tibi de summa caeli ratione deumque / disserere incipiam  
Denn ich will damit beginnen, dir den Himmel und die Götter zu erklären...

*1,921*

Nunc age quod superest cognosce et clarius audi.  
Jetzt sieh zu, dass du auch noch den Rest erfährst und noch klarere Worte zu hören bekommst!

quoniam docui...; quae restant percipe porro; nonne vides...

*1,24 f. versibus...*, quos ego de rerum natura pangere conor,  
mit Versen, die ich über die Gesetze der Natur zu dichten versuche

*2,1 ff* suave mari magno turbantibus aequora ventis / e terra magnum alterius spectare laborem,/ non  
quia vexari quemquamst iucunda voluptas,/ sed quibus ipse malis careas quia cernere suave est;/ [...]

Wenn ein Sturm auf dem großen Meer das Wasser aufwühlt, ist es angenehm, vom Land aus die  
große Mühe eines anderen zu beobachten; nicht, weil es eine angenehme *voluptas* wäre, wenn jemand  
gequält wird, sondern weil es angenehm ist zu erkennen, welche Leiden dich nicht treffen

*2,14 ff.*

O miseras hominum mentes, o pectora caeca!  
qualibus in tenebris vitae quantisque periculis  
degitur hoc aevi quodcumque!

Ach, was haben die Menschen doch für einen armseligen Verstand, ach, wie verblendet sind doch ihre  
Herzen! Mit welcher Rätselhaftigkeit des Lebens und welcher großen Gefahren konfrontiert, verbringt  
man doch sein ganzes Dasein!

*3,830 f.* nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum,  
quandoquidem natura animi mortalis habetur.

Also kann uns der Tod nichts anhaben und geht uns nicht das Geringste an, da ja das Wesen der Seele  
als sterblich gilt.

*3,935 f.* cur non ut plenus vitae conviva recedis / aequo animoque capis securam, stulte, quietem?

*3,1 ff.* [...] te sequor, o Graiae gentis decus,  
Dir eifere ich nach, du Krone des Griechengeschlechts!

*3,1 ff.* E tenebris tantis tam clarum extollere lumen / qui primus potuisti inlustrans commoda vitae,/ **te sequor, o Graiae gentis decus**, inque tuis nunc/ ficta pedum pono pressis vestigia signis,/ non ita  
certandi cupidus quam propter amorem / quod te imitari aveo: quid enim contendat hirundo / cynis  
[...] / (9) **tu, pater, es rerum inventor, tu patria nobis** / suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute,  
chartis,/ floriferis ut apes in saltibus omnia libant,/ omnia nos itidem depascimur aurea dicta, aurea,  
perpetua semper dignissima vita./ nam simul ac ratio tua coepit vociferari / naturam rerum, divina

mente coorta,/ diffugiunt animi terrores, moenia mundi / discedunt, totum video per inane geri res./  
apparet divum numen sedesque quietae,/ [...] / (25) at contra nusquam apparent Acherusia templa [...].

1,136 ff.

Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta / difficile inlustrare Latinis versibus esse,/  
multa novis verbis praesertim cum sit agendum / propter egestatem linguae et rerum novitatem;

1,58 ff. quae nos materiem et **genitalia corpora** rebus  
reddunda in ratione vocare et **semina rerum**  
appellare suemus et haec eadem usurpare  
**corpora prima**, quod ex illis sunt omnia primis.

Diese bezeichnen wir üblicherweise als Grundstoffe und Atome, wenn man sie wissenschaftlich erklärt, oder auch als Ursamen. Und wir nennen dieselben Dinge auch Urstoffe, weil alles aus diesen ursprünglichen Teilchen besteht.

1,62 ff. Humana ante oculos foede cum vita iaceret  
in terris oppressa gravi sub religione,  
quae caput a caeli regionibus ostendebat  
horribili super aspectu mortalibus instans

Als das menschliche Leben wie ein Haufen Elend unverkennbar am Boden lag, niedergedrückt von der schweren Last der *religio* (Gottesfurcht), die ihren Kopf immer wieder aus dem Himmel hervorstreckte und dabei mit ihrem scheußlichen Anblick den Menschen von oben herab drohte [...]

primum Graius homo mortalis tollere contra / est oculos ausus primusque obsistere contra,/ quem  
neque fama deum nec fulmina nec minitanti / murmure compressit caelum, sed eo magis acrem /  
inritat animi virtutem, effringere ut arta / naturae primus portarum claustra cupiret./ ergo vivida vis  
animi pervicit, [...] / [...] (78) quare religio pedibus subiecta vicissim / opteritur, nos exaequat victoria  
caelo.

1,101 tantum religio potuit suadere malorum  
Zu so viel Unheil konnte die Gottesfurcht anstiften...

1,921 ff. Nunc age quod superest cognosce et clarius audi.  
nec me animi fallit quam sint **obscura**; sed acri  
percussit thyrsos laudis spes magna meum cor  
et simul incussit suavem mi in pectus **amorem**  
**Musarum**, quo nunc instinctus mente vigenti

**avia Pieridum peragro loca**, nullius ante  
trita solo. iuvat integros accedere fontis  
atque haurire, iuvatque novos decerpere flores  
insignemque meo capiti petere inde coronam,  
unde prius nulli velarint tempora Musae;  
primum quod magnis doceo de rebus et artis

religionum animum nodis exsolvere pergo,  
deinde quod **obscura de re tam lucida pango**  
**carmina musaeo contingens cuncta lepore.**  
id quoque enim non ab nulla ratione videtur;  
sed **veluti pueris absinthia taetra medentes**  
cum dare conantur, prius oras pocula circum  
contingunt mellis dulci flavoque liquore,  
**ut puerorum aetas improvida ludificetur**  
labrorum tenuis, interea perpotet amarum  
absinthii laticem deceptaque non capiantur,  
sed potius tali pacto recreata valescat,  
sic ego nunc, quoniam haec ratio plerumque videtur  
tristior esse quibus non est tractata, retroque  
volgus abhorret ab hac, volui tibi **suaviloquenti**  
carmine Pierio rationem exponere nostram  
**et quasi musaeo dulci contingere melle,**  
si tibi forte animum tali ratione tenere  
versibus in nostris possem, dum perspicis omnem  
naturam rerum [...].

Über eine schwierige Sache dichte ich so klar verständliche Verse von melodischer Eleganz, indem ich alles erfasse. [...]

Wie Ärzte, wenn sie Kinder mit scheußlichem Wermutswein heilen wollen [...]

Ich wollte dir mit einem lieblichen Musengesang unsere Lehre darlegen und sie gewissermaßen mit dem süßen Honig der Dichtkunst verfeinern.

*Lucr. 1,1 ff.*

Aeneadum genetrix, hominum divumque voluptas,  
alma Venus, caeli subter labentia signa  
quae mare navigerum, quae terras frugiferentis  
concelebras; per te quoniam genus omne animantum  
concipitur visitque exortum lumina solis;  
[...]

Du Mutter der Äneaden, du Inbegriff der Lust für Götter und Menschen, holde Venus, du belebst die Welt unterhalb der Gestirne, die am Himmel ihre Bahnen ziehen: das schiffbare Meer bringst du zum Wogen und die Erde dazu, Früchte zu tragen. Durch dich erhält nämlich jedes Lebewesen sein Leben und erblickt nach seiner Geburt die strahlende Sonne.

1,21 ff. quae quoniam rerum naturam sola gubernas  
nec sine te quicquam dias in luminis oras / exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam  
**te sociam studeo scribendis versibus esse**

*1,29 ff.*

Effice et interea fera moenera militiai  
Per maria ac terras omnis sopita quiescant.  
[...] ... suavis ex ore loquellas  
Funde petens placidam Romanis, incluta, pacem.

Mach, dass in der Zwischenzeit die grausigen Feldzüge überall zu Wasser und zu Land ausklingen und zum Stillstand kommen.

[...] ...lass aus deinem Mund süße Worte ertönen und bitte um sanften Frieden für die Römer, ruhmreiche (sc. Venus)!